Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tu malicie. Ant. Et si coram hominibus tormenta passi sunt spes e-
lectorum est inmortalis in eternum. an. Tanquam aurum in fornace probauit
electos dominus et quasi holocausta accepit eos in eternum. an. Spiritus
et anime iustorum ymnum dicite deo nostro alleluia. an. Iusti autem in perpe-
tuum uiuent et apud dominum est merces eorum. Sup an. Tradiderunt
corpora sua propter deum ad supplicia et meruerunt habere coronas perpetuas.
laudes an. Super niuem dealbabuntur sancti tui domine. ant. Dabo
sanctis meis locum nominatum in regno patris mei dicit dominus. an. Sancti
qui sperant in domino habebunt fortitudinem assument pennas ut aquile uo-
labunt et non deficient. an. Sancti spiritus et anime iustorum ymnum
dicite deo alleluia. an. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubili-
bus suis. Sup an. Sancti per fidem uicerunt regna operati sunt iusti-
ciam adepti sunt repromissiones. laudes an. Isti sunt uiri sancti et
amici dei quorum doctrina fulget ecclesia. an. Sapientiam sanctorum nar-
rant populi et laudem eorum pronuntiat omnis ecclesia. an. Reddet
deus mercedem laborum sanctorum suorum et deducet illos in uia
mirabili. ant. Spiritus et anime iustorum ymnum dicite deo nostro alleluia. an.
Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. In ii vesperis ant.
Virgam uirtutis tue emittet dominus in splendoribus sanctorum. ps.
Dixit dominus. an. Generatio rectorum benedicetur quia exortum est
lumen rectis corde. ps. Beatus uir. Ant. Venientes autem uenient
cum exultatione portantes manipulos suos. ps. In conuertendo. an.
Iusti confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum uultu tuo. ps. Eri-
pe me. an. Lauda ierusalem dominum qui posuit fines tuos pacem et bene-
dixit filiis tuis in te. ps. Lauda ierusalem. Sup an. Sanctum est uerum
lumen et admirabile ministrans lucem his qui permanserunt in a-
gone certaminis accipiunt ab ipso splendorem sempiternum in quo
assidue felices letantur. ant. Cum uidisset ihesus turbas ascendit
in montem et cum sedisset aperiens os suum docebat eos dicens
beati pauperes quoniam ipsorum est regnum celorum. Ant. O ueneran-
da martirum gloriosa certamina qui in suis corporibus pro christo
inmania pertulerunt tormenta et ideo percipere meruerunt
inmarcessibilem eterne glorie coronam. ant. Sancti mei qui in
isto seculo certamen habuistis mercedem laborum ego reddam
uobis. Ant. In circuitu tuo domine lumen est quod nunquam deficiet
ubi constituisti lucidissimas mansiones ibi requiescunt sanctorum